

den, was für markgräfliche Urkunden ungewöhnlich ist. Der als Zeuge genannte Magister Christoph wird außerdem als prothonotarius domini marchionis (und nicht als prothonotarius noster) bezeichnet, was auf Empfängerdiktat hinweist.

IN nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus omnibus in perpetuum. Cum ea, que ex ordinatione procedunt humana, processu temporis scrupulus tollat oblivionis, necesse est ea scriptis commendari et proborum virorum testimonio | conprobari. Ideoque presenti atque future hominum generationi notum esse volumus, quod venerabiles fratres sancte Marie virginis in Doberluch villam unam, que ex an|tiquo vocabulo Antiquum^{a)} Boren vocatur, ad emendationem et usus iam dicte ecclesie a domino Iohanne de Sunnenwalde cum omnibus attinentiis, que ad eum | pertinebant, pro CXXV marcis sibi conparaverunt. Nos vero nostre et progenitorum nostrorum saluti innitentes prefate ville proprietatem de bona voluntate cum omni iure | et utilitate, que ad nos pertinebant tam in agris quam in silvis et pascuis et in aquis, que ex antiquo ad eandem villam Boren pertinebant et adhuc per|tinent, memorate ecclesie de Doberluch in perpetuum liberaliter duximus conferendam. Ut igitur hec temporalis actio et nostra simul sollempnis donatio rata perma|neat et inconversa, presentem paginam sigilli nostri inpressione volumus roborari subpositis testibus fide dignis, quorum nomina sunt hec^{b)}: Heinricus | camerarius de Genannenstein, Albertvs dapifer de Bornis, Bodo et Otto fratres de Ilborch, Wichnandus de Herstein, Otto et Syfridus | fratres de Nydecke, Iohannes de Sunnenwalde, Geuehardus de Cinnicz, Heidenricus de Gane, Conradus de Luppe laici, magister Cristoforus | prothonotarius domini marchionis, Iohannes canonicus^{c)} Misnensis clerici et alii quam plures. Datum in Dresden anno domini millesimo ducentesimo^{d)} quin|quagesimo quinto, in die sancte^{e)} Elysa-
bet.^{f)}

(SP. D.)

135.

Markgraf Heinrich von Meißen übereignet dem (Zisterzienserinnen-)Kloster Greißlau 1 Hufe in Schafstädt mit einem jährlichen Getreidezins von 32 Weißenfelser Scheffeln, die Heinrich von Holleben von ihm zu Lehen getragen und ihm aufgelassen hat.

134. a) Antiquum A.
 b) Danach Tintenwechsel A.
 c) canicus A.
 d) ducentissimo A.
 e) sancto A.
 f) Bis zur Oberkante der Plica folgen noch drei Zeilen, die nicht beschrieben worden sind A.